



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De  
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,  
Commentariorum Libri LVIII**

**Valeriano, Pierio**

**[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678**

Hæredipeta.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14259**

220 imperiumque sum(nam & Regem fore pollicetur) valido munimine, animoque, consilio & providentia optime valitum. Quod si privata vita fuerit, pecuniosum omnino futurum, multos ejus auspiciis bene res gesturos, magnasque divitias comparaturos. Prater hanc etiam asserunt, futurum eum militum ducentorem, cui Vultur volans in horoscope feliciter affulserit, eundemque magnis temporibus negotiis deditum, honoratissima quaque modo in hanc orbis partem, modo in illam appetiturum quo nomen in longinas regiones extendat populosque, civitates & regna extera ditioni suscipientia, cui libenter omnes tanquam Indi Augusto, inserviant, & studiis omnibus obsequantur.

## HÆREDIPETIA. CAP. X.

*Seneca l. 15.  
epistolar.  
epist. 96.*

J<sup>u</sup>niores hæredipetam, mortuorum quippe bona captantem, per Vulturem significari tradunt: unde mordax apud Senecam dictum, *Si vultur es, cadaver expelta*. Huc etiam ille lusit Martialis epigrammatarius:

*Cujus Vulturis hoc erit cadaver?*

*Vul-*  
*profane in*  
*divinis literis*  
*u culturis*  
*habita.*  
In primis vero Divinæ literæ neque Aquilam, neque Vultrem mensis inferri volunt. Hic Adamantius illos in iis nominari putat, qui alienis mortibus incumbunt, qui arte fraudevite testamenta subjiciunt, velut mortuorum cadaveribus inhantes: propterea quod his avibus semper mortuorum, ait, corporum cibus est, & ex cadaveribus nutruntur & vivunt. Ea vero de causa profana sunt in Divinis literis, ut ait Hierosolymitanus Hesychius, quod per eas homines intelliguntur, qui rixis & bellis gaudent, ut cadaveribus, visceribus quippe miserorum, & atro sanguine depascantur, cum minime oporteat hominem contemplationi deditum, aliorum casibus pati & enutriiri.

## FUNUS. CAP. XI.

*Natalis Co-*  
*mes in My-*  
*thol. lib. 2.*

Sunt, qui Marti Vulturem dedicatam asserant, quod diverso ab aliis ingenio praedita, omnem vestimentum confuetudinem abhorreat, studiumque omne suum circa hujusmodi caedes intendit, atque demum funesta omnia hieroglyphice significet. Sane cum natura omnia in se recipiat, sicque decidentium omnium receptaculum, Vulturque, uti saepe dictum, naturam exscribat, non mirum, si que sponte cadavera nanciscatur, tam pro natura quam funeris signo accepta est a veteribus. Olim autem apud Iberos Vultures erant pro sepulchro, sicut apud Hyrcanos Canes, ob id dicti sepulchrales. De Iberis ita Silius XIII.

*Tellure, ut peribent, ius mos antiquus, Iberi,*  
*Examina obscenæ consumit corpora Vultur.*

*En. lib. 10.* De his Virgilius dixit: *Aliis linquere feris.* De his Homerus, *invicti in razzis.* De his Octavianus Philippensi prælio cuidam suppliciter lepulturam precanti respondit, *Jam istam in volucrum pueritate fore.*

## PEREGRINUS. CAP. XII.

*Ideoque nidos*  
*nemo auti-*  
*git. Plin. lib.*  
*6. c. 6.*  
*Negat id i-*  
*biden Plin*

Sunt qui peregrinum hominem & ignotum omnibus, hieroglyphice per Vulturem apte significant: propterea quod multa Vultures exercitum sequentes repente apparet soleant, volvuntur, semper ob raritatem prodigioso, & tamen unde, constat nemini: quapropter eos ex diverso orbem nobis incognito ad volare plerique putant, argumento, quod nemo, ut Herodotus Brysonis Rethoris pater asserebat, nidum Vulturis vidisset. Illæ sane in excelsissimis & inaccessis rupibus nidificant: & quamquam difficulter nidum aut pullos ejus alitis videris, aliquando tamen visos tradit Aristotle.

## CONCUPISCENTIA. CAP. XIII.

*En. lib. 6.*  
*Idem fere*  
*Hom. Odys.*

Quod vero poeta singunt eam Tityi jecur abrodentem ut apud Maronem legere est,  
— Per tota novem cui jugera corpus  
Porrigitur, postroque, immanis vultur obuncus  
Immortale jecur runderis, facundag, p<sup>r</sup>ensis

*Viscera: rimaturque epulis, habitatque sub alto*  
*Pectore: nec fibris requies datur nulla renatu.*

